



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Dresdae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Quę patet vetus in planis Libanotria campis,  
 Et qua mundano flumine Ptisna lavat.  
 Frater erat Fridericus idem Mavortius heros:  
 Pro patria mecum prælia dira subit.  
 Nam superare datum est nobis victricibus armis  
 Bohemia populos, Saxonieq; duces.  
 Marchio de Brenburgk Waldemar nomine dictus,  
 Agmine devictus vincula nostra tulit.  
 Ascanius Princeps cecidit quoq; cuspide nostra:  
 Sed vitam supplex hic miser emeruit.  
 Romulidū reges, Albertus, Adolphus, &c. alter,  
 Non poterant nostras frangere Marte manus.  
 Viribus, opietas, nostris sed terga dederunt,  
 Casareis opibus tunc ego dives eram.  
 Innumeri & nostro casu sunt ense Suevi,  
 Audentes patrios sollicitare deos.  
 Omnia sic vici, durum sed vincere fatum  
 Non potui, Lachesis quod dedit atra mihi.  
 Objicit illa mea crudelis pectora ferro,  
 Dum steteram cautus in medio Ecclesia.  
 Sic vixor vixus cecidi; virtute triumphos,  
 Et laudes meritas non rapit ulla dies.  
 Obiit 8. Cal. Jan. Anno 1280.  
 Dantes Florentinus fecit.

## DRESDAE.

SUBSTATUA  
HERCULIS.

**D**Ivo Maximiliano II. Imperatori Max. Cæs. Augusto,  
 ob desideratiss. illius adventum, Augustus Dux Saxo-  
 niæ Elector, gratulationis & observantiæ ergo fieri cura-  
 vit, ut heros inclytus sectam Calvinisticam in has terras  
 irreptam, & dissimulanter nutritam, Dœo juyante suo, &  
 opprimeret & vinceret: sicuti Lernam Hercules, numero-  
 sum licet monstrum, igne tandem vicit & mori docuit.

Aa v

MONETÆ FUNEBRIS IN OBITU ELECTORIS  
CHRISTIANI SAXONIS.

Sinceræ in Deum & patriam fidei exemplo posteris n.  
lito: obiit xxv. Septembris, Anno M. D. XCI.

JACTURAM OSTENDET DIES.



## WIRZEBURGENSIA.

### IN SUMMO TEMPLO.

**C**onrado à Thungen Episcopo Wirzeburg. & Francie  
orientalis Duci, præcipuæ viro iustitiæ, egregiæ erudi-  
tionis, temperantiæ singularis, acutissimiq; judicii, quæ  
primo statim suscepæ administrationis limite arreptum  
vesani hujus seculi dissidium, seditio, & calumnia severi-  
ter diu & contumeliosé habitum, unâ cum Ecclesia ejus,  
extremæ penè subiecissent internecioni, in D E O suffra-  
gante, adversus iniquissimæ fortunæ procellas vigili pru-  
dentia, infracta dexteritate, tolerantiaq; miranda gravi-  
ter superasset, æquiore seculo digniss. Vixit autem annos  
plus, minus LXXIIII. Præfuit an. XXI. mens. IIII. d. x.  
Obiit xvi. K A L. Julii, Anno sal. M. D. XL. communis suo-  
rum mœrore & luctu. Ut umbra corporis comes: sic fa-  
scium cura, labor, ærumnae, atq; mille pericula. Quæ stre-  
nué utentem sequuntur undiq;, sed vincit ille cuncta qui  
fudit D E O.

---

### AD TUMULUM MAURITII AB HUTTEN Episcopi Eystettensis, &c.

*A spicis humana brevis ut sit linea vita,  
Ut dubias veriset mors inopina vices.  
Fata manent quem vis, humili seu stirpe parentum,  
Sive sit a magnis nobilis ortus avis.  
Grandia nec profundunt vel pondera divitis auri,  
Lecta vel in rubro gemmea gaza mari.*

Omitt